

quæ non ad scenam eat<sup>1</sup>, mercede conducta. Magnis in laudibus totâ fuit Græciâ victorem Olympiæ citari<sup>2</sup>; in scenam verò prodire, et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honestate remota ponuntur. Contra ea, pleraque nostris moribus sunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus non materfamilias primum locum tenet ædium, atque in celebritate<sup>3</sup> versatur? Quod multò fit aliter in Græciâ: nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum; neque sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ *gynæconitis*<sup>4</sup> appellatur, quò nemo accedit, nisi propinquâ cognatione conjunctus. Sed hic plura persequi, tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea explicem quæ exorsus sum. Quare ad propositum veniemus, et in hoc exponemus libro de vitâ excellentium imperatorum.

<sup>1</sup> *Ad scenam eat.* A representar, ó á hacer algun papel.

<sup>2</sup> *Victorem Olympiæ citari.* Ser declarado ó proclamado vencedor en Olimpia, ciudad del Peloponeso, junto á la cual estaba el templo de Júpiter, llamado *Olimpico*, en cuyo obsequio se celebraban los juegos olímpicos.

<sup>3</sup> *In celebritate.* En la concurrencia, ó en la conversacion de los que van á su casa.

<sup>4</sup> *Gynæconitis.* Palabra griega, que significa la vivienda ó la habitacion de las mujeres, lo mismo que *gynæceum*.

## MILCIADES,

HIJO DE CIMON, ATENIENSE.

## CAPÍTULO I.

Los Atenienses envían á Milciades al Quersoneso de Tracia para fundar allí una colonia. Llega á Lemno, y pretende que los habitantes reconozcan la autoridad de Atenas: respuesta burlesca con la cual se niegan á ejecutarlo. (Año 1º. de la olimpiada LXVII, 312 antes de J. C.)

MILTIADES, Cimonis filius, Atheniensis. Quum et antiquitate generis, et gloriâ majorum, et suâ modestiâ unus omnium maximè floreret, eâque esset ætate, ut jam non solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum qualem cognitum judicarent; accidit ut Athenienses Chersonesum<sup>1</sup> colonos vellent mittere. Cujus generis quum magnus numerus esset, et multi ejus demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos<sup>2</sup> deliberatum missi sunt, qui consulere Apollinem, quo potissimum duce uterentur: namque tum Thracæ eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia<sup>3</sup> præ-

<sup>1</sup> *Chersonesum.* Aquí se habla de una parte de la Tracia, que baña el mar Egeo.

<sup>2</sup> *Delphos.* Ciudad donde estaba el oráculo de Apolo Delfico. Hoy se llama *Castri*, ó *Salona*.

<sup>3</sup> *Pythia.* Sacerdotisa, por cuya boca daba Apolo las respuestas.



cepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent: id si fecissent, incepta prospera futura. Hoc oraculi responso, Miltiades, cum delectâ manu classe Chersonesum profectus, quum accessisset Lemnum, et incolas ejus insulæ sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque ut Lemnii suâ sponte facerent postulasset, illi irridentes responderunt tum id se facturos, quum ille, domo navibus proficiscens, vento aquilone venisset Lemnum: hic enim ventus, a septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus<sup>1</sup>. Miltiades, morandi tempus non habens, cursum direxit quò tendebat, pervenitque Chersonesum.

## CAPÍTULO II.

Miltiades, habiéndose apoderado del Quersoneso, toma á Lemno y las Cícladas. Hácia el año 1.º de la olimpiada LXVIII, 508 antes de J. C.)

Ibi, brevi tempore, Barbarorum<sup>2</sup> copiis disjectis, totâ regione quam petierat potitus, loca castellis idonea communit; multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocavit, crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minus in eâ re prudentiâ quàm felicitate adjunctus est: nam, quum virtute militum devicisset hostium exercitus, summâ æquitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regiâ, quamvis carebat no-

<sup>1</sup> *Adversum tenet Athenis proficiscentibus.* Sopla de cara ó de frente á los que se hacen á la vela desde Atenas.

<sup>2</sup> *Barbarorum.* Los Griegos llamaban Bárbaros á todos los de las otras naciones.

mine: neque id magis imperio quàm justitiâ consecutus. Neque eò secius Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia præstabat. Quibus rebus fiebat ut non minus eorum voluntate perpetuò imperium obtineret qui miserant, quàm illorum cum quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constitutâ, Lemnum revertitur, et ex pacto postulat ut sibi urbem tradant (illi enim dixerant, quum vento boreâ domo profectus, eò pervenisset, sese dedituros); se autem domum Chersonesi habere. Cares<sup>1</sup>, qui tum Lemnum incolebant, etsi præter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secundâ fortunâ adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insulâ demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quæ Cyclades<sup>2</sup> nominantur, sub Atheniensium regedit potestatem.

## CAPÍTULO III.

Dario, habiendo emprendido una expedicion contra los Escitas, construye un puente sobre el Istro, y nombra para que lo guarden gobernadores griegos del Asia menor. Miltiades, que se hallaba entre ellos, les exhorta á no dejar escapar esta ocasion de exterminar á los Persas y libertar á la Grecia de su yugo. (Año 1.º de la olimpiada LXVIII, 508 antes de J. C.)

Eisdem temporibus, Persarum rex Darius, ex Asiâ in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum in-

<sup>1</sup> *Cares.* Pueblos descendientes de la Caria, en el Asia menor.

<sup>2</sup> *Cyclades.* Llamadas así de una palabra griega, que significa círculo, porque están al rededor de la isla de Delos.



ferre decrevit. Pontem fecit in Istro<sup>4</sup> flumine, quâ copias traduceret; ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes quos secum ex Ioniâ et Æolide<sup>2</sup> duxerat, quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit facillimè se græcâ linguâ loquentes, qui Asiam incolerent, sub suâ retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus, se oppresso, nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa custodia crederetur<sup>3</sup>. Hic quum crebri afferrent nuntii malè rem gerere Darium<sup>4</sup>, premique ab Scythis, Miltiades hortatus est pontis custodes ne a fortunâ datam occasionem liberandæ Græciæ dimitterent: nam, si cum his copiis, quas secum transportaverat, interiisset Darius, non solùm Europam fore tutam, sed etiam eos qui Asiam incolerent Græci genere liberos a Persarum futuros dominatione et periculo, et id facillè effici posse: ponte enim resecisso, regem, vel hostium ferro vel inopiâ<sup>5</sup>, paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium quum plerique accederent, Histiaeus milesius ne res conficeretur obstitit, dicens, non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire et multitudinâ, quòd Darii regno

<sup>4</sup> *In Istro.* El Danubio, que pasando por la Germania, la Ungría y la Tracia, va á meterse por seis bocas en el mar Euxino.

<sup>2</sup> *Ex Jonia et Æolide.* Provincias del Asia menor.

<sup>3</sup> *Cui illa custodia crederetur.* A quien Darío encargó la guarda del puente.

<sup>4</sup> *Malè rem gerere Darium.* Que le salia mal su empresa á Darío.

<sup>5</sup> *Inopiâ.* Por falta de viveres.

ipsorum niteretur dominatio, quo extincto, ipsos, potestate expulsos, civibus suis poenas daturos; itaque adeo se abhorreere a ceterorum consilio, ut nihil pulet ipsis utilius quàm confirmari regnum Persarum. Hujus quum sententiam plurimi essent secuti, Miltiades, non dubitans, tam multis consciis<sup>4</sup>, ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit<sup>2</sup>, tamen magnopere est laudanda, quum amior omnium libertati quàm suæ fuerit dominationi.

## CAPÍTULO IV.

Darío se prepara para invadir la Grecia. Solo Miltiades propone á sus conciudadanos el salir al encuentro al enemigo. (Año 2 de la olimpiada LXXII, 491 antes de J. C.)

Darius autem, quum ex Europâ in Asiam rediisset, hortantibus amicis ut Græciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit<sup>3</sup>, eique Datim præfecit et Artaphernem; hisque ducenta peditum, decem millia equitum dedit, causam interserens<sup>4</sup> se hostem esse Atheniensibus, quòd eorum auxilio Iones Sardes<sup>5</sup> expugnassent, suaque præsidia interfecissent. Illi præfecti regii, classe

<sup>4</sup> *Tam multis consciis.* Sabiéndolo tantos.

<sup>2</sup> *Cujus ratio etsi non valuit.* Aunque no prevaleció su consejo.

<sup>3</sup> *Comparavit.* Aprestó.

<sup>4</sup> *Causam interserens.* Alegando por motivo.

<sup>5</sup> *Sardes.* Metrópoli de la Lidia, y corte del rey Cresos.



ad Eubœam<sup>4</sup> appulsâ, celeriter Eretriam<sup>2</sup> ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam<sup>3</sup> accesserunt, ac suas copias in campum Marathona<sup>4</sup> deduxerunt: is abest ab oppido<sup>5</sup> circiter millia passuum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxilium nusquam<sup>6</sup> nisi a Lacedæmoniis petiverunt; Philippidemque, cursorem ejus generis<sup>7</sup> qui *hemerodromi* vocantur, Lacedæmonem<sup>8</sup> miserunt, ut nuntiaret quàm celeri opus esset auxilio. Domi autem creant decem prætores<sup>9</sup>, qui exercitui præessent; in eis Miltiadem. Inter quos magna fuit contentio, utrùm mœnibus se defenderent, an obviam irent hostibus acieque decernerent. Unus Miltiades maximè nitebatur ut primo quoque tempore castra fierent<sup>10</sup>: id si factum esset, et civibus animum ac-

<sup>4</sup> *Eubœam*. Negroponto, isla del mar Egeo.

<sup>2</sup> *Eretriam*. Ciudad de Eubea, ó de Negroponto.

<sup>3</sup> *Atticam*. La Atica, cuya capital era Atenas.

<sup>4</sup> *Marathona*. Campo al que dió su nombre la ciudad de Maraton. *Marathona* está en acusativo griego.

<sup>5</sup> *Is abest ab oppido*. Este campo dista de la ciudad de Atenas.

<sup>6</sup> *Nusquam*. De ninguna parte.

<sup>7</sup> *Ejus generis qui hemerodromi vocantur*. Correo de aquellos que se llaman *correos de día*. *Hemerodromus* viene de una palabra griega, que significa *día* y *carrera*. Llamábanse así estos correos ó postas de á pié, ó porque era mucho lo que corrían, ó porque corrían un día entero sin fatigarse.

<sup>8</sup> *Lacedæmonem*. Esparta, ó Lacedemonia.

<sup>9</sup> *Prætores*. Capitanes, jefes ó comandantes.

<sup>10</sup> *Castra fierent*. Acampasen.

cessurum, quum viderent de eorum virtute non desperari, et hostes eâdem re fore tardiores, si animadvertent auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.

## CAPÍTULO V.

Miltiades triunfa de Darío en los llanos de Maraton, antes de la llegada de los aliados de este principe. (Año 5 de la olimpiada LXXII, 490 antes de J. C.)

Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit, præter Plataenses<sup>4</sup>: ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa sunt; quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate: quo factum est ut plus quàm collegæ<sup>2</sup> Miltiades valuerit. Ejus auctoritate impulsu Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo<sup>3</sup> castra fecerunt; deinde postero die sub montis radicibus<sup>4</sup>, acie e regione<sup>5</sup> instructâ, novâ arte, vi summâ prælium commiserunt. Namque arbores multis locis erant stratae, hoc consilio ut et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu<sup>6</sup> equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis, etsi non æquum locum videbat suis, tamen, fretus nu-

<sup>4</sup> *Plataenses*. La ciudad se llama *Plataea*, en la Beocia.

<sup>2</sup> *Collegæ*. Los colegas, capitanes, jefes ó comandantes compañeros de Miltiades en el mando del ejército.

<sup>3</sup> *Loco idoneo*. En lugar ventajoso.

<sup>4</sup> *Sub montis radicibus*. A la falda de un monte.

<sup>5</sup> *E regione*. En frente.

<sup>6</sup> *Arborum tractu*. Por las hileras de los árboles.



mero copiarum suarum, conflagere cupiebat; eoque magis, quod priusquam Lacedæmonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, præliumque commisit. In quo tantò plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplex numerum hostium<sup>1</sup> profligarent: adeoque perterruerunt, ut Persæ non castra, sed naves petierint<sup>2</sup>. Quâ pugna nihil adhuc est nobilior: nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes<sup>3</sup> prostravit.

## CAPÍTULO VI.

Milcíades recibe el premio de su victoria.

Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere<sup>4</sup>, quò faciliùs intelligi possit eandem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues<sup>5</sup>, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti<sup>6</sup>; sic olim apud Athenienses fuisse reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas totamque Græciam liberarat, talis honos tri-

<sup>1</sup> *Decemplex numerum hostium.* Un enemigo diez veces mas numeroso.

<sup>2</sup> *Petierint.* Se retiraron.

<sup>3</sup> *Tantas opes.* Tantas fuerzas.

<sup>4</sup> *Docere.* Referir, ó hacer saber.

<sup>5</sup> *Tenues.* Sin pompa.

<sup>6</sup> *Effusi atque obsoleti.* Inmoderados, y que por demasiado frecuentes, son de menos lustre.

butus est in porticu quæ *Pœcile*<sup>1</sup> vocatur, quum pugna depingeretur marathonia<sup>2</sup>, ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque committeret. Idem ille populus, posteaquam majus imperium est nactus, et largitione magistratuum<sup>3</sup> corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo<sup>4</sup> decrevit.

## CAPÍTULO VII.

Milcíades muere en la cárcel, despues de haber sido condenado por no haber continuado el sitio de Paro. (Año 4 de la olimpiada LXXII, 489 antes de J. C.)

Post hoc prælium, classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas quæ barbaros adjuverant, bello persequeretur, quo imperio plerasque ad officium redire coegit, nonnullas vi expugnavit. Et his Parum<sup>5</sup> insulam, opibus elatam, quum oratione<sup>6</sup> reconciliare non posset, copias

<sup>1</sup> *Pœcile.* Voz griega, que significa cosa de muchos colores. Llamóse así un pórtico de Atenas, por la variedad de pinturas de que estaba adornado.

<sup>2</sup> *Marathonia.* Llamóse así la batalla del campo en que se dió.

<sup>3</sup> *Largitione magistratuum.* Por las dádivas que se repartian los magistrados.

<sup>4</sup> *Demetrio Phalereo.* Poeta, político é historiador, á quien favoreció mucho Casandro, quien con la mucha autoridad que tenia en Atenas, le hizo erigir tantas estatuas.

<sup>5</sup> *Parum.* Una de las islas Cícladas.

<sup>6</sup> *Oratione.* Por persuasion, ó con razones.



e navibus eduxit, urbem operibus clausit<sup>1</sup>, omnique commeatu privavit<sup>2</sup>; deinde, vineis<sup>3</sup> ac testudinibus<sup>4</sup> constitutis, propius muros accessit. Quum jam in eo esset ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex insulâ conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est: cujus flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem, signum a classariis regis<sup>5</sup> datum. Quo factum est ut et Parii a deditione deterrerentur, et Miltiades, timens ne classis regia adventaret, incensis operibus quæ statuerat, cum totidem navibus atque erat profectus, Athenas magnâ cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo prodicionis, quòd, quum Parum expugnare posset, a rege<sup>6</sup> corruptus, infectis rebus<sup>7</sup> discessisset. Eo tempore æger erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque, quoniam ipse pro se dicere non posset,

<sup>1</sup> *Operibus clausit.* La bloqueo con trincheras.

<sup>2</sup> *Commeatu privavit.* Le cortó los viveres.

<sup>3</sup> *Vineis.* Máquinas militares, formadas de vigas, trabadas fuertemente con mimbres, á manera de enrejado de las parras. Cubiertos de estas máquinas avanzaban los soldados á dar el asalto.

<sup>4</sup> *Testudinibus.* Máquinas militares, que imitando la concha de la tortuga, formaban con los escudos para dar el asalto. *Testudo* significa tambien otra máquina hecha de tablas, que servia á los sitiadores para adelantar los trabajos. De esta última parece hablarse aquí.

<sup>5</sup> *A classariis regis.* Por los de la armada naval del rey.

<sup>6</sup> *A rege.* Por el rey de Persia, á quien llamaban *rey* como por antonomasia.

<sup>7</sup> *Infectis rebus.* Sin llevar la empresa al cabo.

verba fecit frater ejus Tisagoras. Causâ cognitâ, captus absolutus, pecuniâ multatus est, eaque lis quinquaginta talentis æstimata est<sup>1</sup>, quantus in classem sumptus factus erat. Hanc pecuniam quòd solvere in præsentia non poterat, in vincula publica coniectus est, ibique diem obiit supremum.

## CAPÍTULO VIII.

La verdadera causa de la condenacion de Milciades es el temor que tenia el pueblo de que usurpase el poder supremo.

Hic etsi crimine pario<sup>2</sup> est accusatus, tamen alia fuit causa damnationis. Namque Athenienses, propter Pisistrati<sup>3</sup> tyrannidem, quæ paucis annis antè fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant. Miltiades, multum in imperiis magistratibusque<sup>4</sup> versatus, non videbatur posse esse privatus: præsertim quum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi<sup>5</sup> videretur. Nam Chersonesi, omnes illos quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, tyrann-

<sup>1</sup> *Ea lis quinquaginta talentis æstimata est.* La tasa de la multa en esta causa fué cincuenta talentos. Hay muchas disputas sobre el valor del talento ático ó ateniense.

<sup>2</sup> *Crimine pario accusatus.* Acusado del delito de no haber tomado á Paro.

<sup>3</sup> *Pisistrati.* Pisistrato habia llegado en Atenas á levantarse con el mando absoluto de todo, no habiendo sido antes sino un ciudadano particular.

<sup>4</sup> *In imperiis magistratibusque.* En lo militar y en lo civil.

<sup>5</sup> *Trahi.* Dejarse llevar.



nusque<sup>4</sup> fuerat appellatus, sed justus. Non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate; eamque potestatem bonitate retinuerat. Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetuâ in eâ civitate quæ libertate usa est. Sed in Miliiade erat quum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis esset cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quàm se diutius esse in timore<sup>5</sup>.

## II.

## TEMÍSTOCLES,

HIJO DE NEOCLO, ATENIENSE.

## CAPÍTULO I.

Themistocles, desheredado por su padre á causa de los desórdenes de su juventud, vuelve sobre sí, y procura acreditarse entregándose á los negocios públicos. (Hácia la olimpiada LXIX, 500 antes de J. C.)

Themistocles, Neoclis filius, Atheniensis. Hujus vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus, adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ad initio est ordiendum. Pater ejus

<sup>4</sup> *Tyrannus.* Rey.

<sup>5</sup> *In timore.* De que Milciades se levantase con el mando.

Neocles generosus fuit. Is uxorem acharnanam civem<sup>4</sup> duxit, ex quâ natus est Themistocles. Qui quum minùs esset probatus parentibus, quòd et liberius vivebat, et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit<sup>5</sup>: nam quum judicasset, sine summâ industriâ non posse eam exstingui, totum se dedit reipublicæ, diligentius amicis famæque serviens<sup>6</sup>. Multum in judiciis privatis<sup>7</sup> versabatur; sæpe in concionem populi prodibat<sup>8</sup>: nulla res major sine eo gerebatur; celeriterque, quæ opus erant, reperiebat, facili eadem oratione explicabat. Neque minùs in rebus gerendis promptus, quàm excogitandis erat: quòd « et de instantibus<sup>9</sup> (ut ait Thucydides) verissimè judicabat, et de futuris callidissimè conjiciebat. » Quo factum est ut brevi tempore illustraretur<sup>7</sup>.

<sup>4</sup> *Acharnanam civem.* Ciudadana de Acarnes. Otros juzgan que esta mujer era de Halicarnaso.

<sup>5</sup> *Non fregit eum, sed erexit.* No le acobardó, sino le alentó.

<sup>6</sup> *Diligentius amicis famæque serviens.* Procurando con mas empeño ganar amigos y crédito.

<sup>7</sup> *In judiciis privatis.* En las causas privadas.

<sup>8</sup> *In concionem populi prodibat.* Hablaba en público en las juntas del pueblo.

<sup>9</sup> *De instantibus.* De los presentes.

<sup>7</sup> *Illustraretur.* Se hiciese famoso.